



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Bellegambe è Societate Jesu Theologi,
Enchiridion Theologo Practicum Tripartitum, De Ivbilæo
Ecclesiastico**

Bellegambe, François

Coloniæ Agrippinæ, 1700

Q. 3. Quandonam possit fieri confessio?

urn:nbn:de:hbz:466:1-42093

28. Suarem *sup n. 7. Filiucium. tr. 8. n. 147.* (qui pro aliâ sententiâ citat etiam Gersonem) Graffium, & alios; quibus Castropalao *pu. 9. n. 24.* consentit casu novi mortalis admissi, *num. verò 25.* dissentit casu mortalis inculpabiliter omisfi.

Q. 3. *Quandonam possit fieri confessio?*

R. 1. Potest fieri Sabbatho, imò feriâ sextâ ante primam Dominicam, seu uno alterove die antequam liceat alia opera peragere Layman *c. 8. n. 6.* testans nullum esse de hac re dubium, eò quòd, propter multitudinem Pœnitentium, ita ferat Ecclesiarum praxis: & quia, ex communiore sententiâ, confessio non requiritur in illo, qui non est sibi conscius peccati mortalis, qualis supponitur esse qui post confessionem prius factam communicabit die Dominico aut alio die intra septimanam. Laymanum sequitur Gobat *n. 161. Castropalao pu. 10. §. 3. n. 2. fine.*

R. 2. Potest fieri eâ Dominicâ, quâ fit Communio, adeoq; Domini-

I

câ im-

194 P. 3. De Jubilao extraordinario.
câ immediatè sequenti jejunia. Est
jam communis sententia, & praxis
Fidelium, etiam Romæ. Et hoc de-
claratum fuisse à Gregorio XIII, di-
cit Dianap. 2. tr. 1. miscell. R. 28. Et
verba ipsa Bullæ satis indicant, con-
fessionem posse conjungi per modum
unius cum Communione.

R. 3. Si in Jubilao exprimatur, ut
ante omnia confiteantur, tutius esset
præmittere confessionem ante reli-
qua opera Jubilæi. Sed intentio Pa-
pæ non videtur esse, nisi ut intra tem-
pus Jubilæi, ante vel post cæteras di-
ligentias, fiat confessio ab eo qui po-
test, tanquam res inter cæteras præ-
cipua. Ita Henriquez l. 7. c. 12. n. 21
Consentit Sà v. *Indulgentia*, n. 13. ita
loquens: *Cùm dicitur in Jubilao*, ut
quisque antea confiteatur, sufficit confite-
ri intra tempus Jubilæi.

Similiter dicendum, cùm Bulla
Anni Jubilæi dicit, *Qui confessi vi-
sitaverint &c.*, scilicet, confessionem
non esse necessariò præmittendam
visitationibus Ecclesiarum: quam
vis

vis Navarrus De Jubileo Notab. 32. n. 39. censeat contrarium, saltem si adfit justa copia confitendi; item Benzoni & Pollachus apud Dianam p. 5. tr. 12. R. 30. dissentiente incum aliis à se citatis.

Q. 4. Quo die obeunda sacra Communio?

R. Attendendus est Bullarum tenor. Aliquæ nullum diem obeundæ Communioni determinant expressè: sed dicunt præcisè, *Sacrâ Communione refecti*; aut, *Qui primo die Dominico, vel secundo, vel alio die dictarum hebdomadarum, Sanctissimum Eucharistia Sacramentum devotè sumpserint*. Et nunc, ut patet, Communio potest fieri quolibet die intra alterutram hebdomadam.

Idem dicendum videtur, si Bulla exprimat: *Qui confessi, sequenti saltem die Dominico, Sanctissimum Eucharistia Sacramentum sumpserint*. Intendit enim solùm ut non differatur Communio ultra tertiam Dominicam. De quo videri potest Lugo n. 105. & seqq. Gobat n. 179.